



Fragment of a manuscript page with gold leaf initials and a red line. The text is partially obscured by a white strip on the left edge.



Fragment of a manuscript page with gold leaf initials and a red line. The text is partially obscured by a white strip on the left edge. There are small red spots on the page.



Incipit Expositio misse fm fratrem
Dugonē Cardinalē ordinis p̄dicatoꝝ.

Dicit Ap̄ls ad Ephesios. vi. caplo. Induite vos arma
 turā dei ut possitis stare aduersus insidias dyaboli
 Nec armatura ē vestis sacerdotalis significat̄a viri
 tutis septupliciter rep̄ntatiua vestiu xp̄i quib⁹ indutus fuit tē
 pore passionis. **P**rimū vestimētū quo sacerdos induit̄ ē ami
 ctus quo caput tegit̄: ⁊ significat salutē q̄ per fidē tribuit̄. De
 hac Ap̄ls ad Ephe. vi. Galeā salutis assumite. ⁊ rep̄ntans coo
 pertoriū quo iudei velabāt faciez dei xp̄i dicentes Math. xvi.
 Propbetiza nobis xpe quis est qui te pcussit. **S**ecundū vesti
 mentū quo tegit̄ corpus a sursum vsq; deorsum est alba qua sa
 cerdos induit̄. ⁊ significat spem que ex gr̄a prouenit ecclie sur
 sum ⁊ ex meritis ecclesie deorsum. De hac Ap̄ls ad Roma. viii.
 Sape salui facti sum⁹. Hoc rep̄ntat vestē albā in qua illudit̄ He
 rodes eū. Math. xiiii. Illudit̄ ⁊ indutū veste alba remisit ad
 Pilatū. **T**ertiū vestimentū est corrigia uel cingulū. per quā
 significat̄ iusticia cuius sunt duo brachia inter se cōfringētia
 scilicet: declinare a malo ⁊ operari bonum. Unde xp̄us Esaye
 ri. caplo dixit. Et erit iusticia cingulum lumboꝝ eius. Nec cor
 rigia rep̄sentat flagelluz cum quo Pilatus cedit Jesum. Johā
 nis. xix. caplo. Apprehendit Pilatus Jesum ⁊ flagellauit.
Quartū vestimentū est manipulus qui in leua manu porta
 tur. per quem fortitudo designat̄ qua p̄ aduersa debellat̄. De
 hac dixit Ap̄ls. Fortitudo ē virtus recōdens in pectus aduersi
 tatis. Iste manipulus rep̄ntat funē cuz quo ligatus fuit Jesus
 a iudeis cōprehensus. vnde Johānis. xviii. Cōprehēdētes Je
 sum flagellauerūt eū. **Q**uintū vestimentū est stola siue ora
 rium que habet duo brachia pendentia: significantia pruden
 tiā ⁊ temperantiā. vnde Ap̄lus ad Titum. Sobrie ⁊ iuste ⁊ pie
 viuam⁹ in hoc seculo. Nec stola ligaturaz significat q̄ ligatus
 fuit Jesus ad columnā. **S**extum vestimentum est casula per

1245

2.1.

quã significat caritas. Nam sicut casula oia tegit: sic caritas operit multitudinẽ peccatorũ. Nec casula representat purpureũ vestimentũ quo milites circũdederunt Jesum. Unde Iohann̄. Et veste purpurea circũdederunt eum.

Uo numero et ordine sacerdotaliũ vestiuũ. Nũc videndũ est quõ ad altare accedendũ est. Dicit enĩ. iiii. Regum q. Salomon fecit altare eneũ: Et in exod. xxv. Moyses fecit labiuẽ eneam de speculis mulierũ: in quo lauabãt se sacerdotes in ingressu. In labio eneo sonora significat confessio. In altari eneo mentis amaritudo. Per speculũ mulierũ vite cõsideratio scõrũ. Sacerdotũ autẽ ad altare veniat per confessionẽ se abluat. per amaritudinẽ mentis se expurget: et per cõsiderationẽ vite sanctõrũ se informet. De pmo dicit Esayas: Nũdamini qz vasa fertis dñi. De secũdo Corin. i. ii. caplo. Expurgate vetus fermentũ. De tertio ad Hebreos. xii. Ideoqz et nos tantã habẽtes impositã nubem testium: deponentes omne pondus et circumstantis nos peccatum.

Hoc facto sequit̄ Introitus missæ. qz dicit Aplos ad Titũ. ii. Obsecro igit̄ primo oim fieri orationes et obsecrationes postulationes: gratiarũ actiones.

Notandũ q missa distinguit̄ in quatuor ptes. Prima pars est vsqz: *Te igit̄ clemẽtissime* r̄. ab introitu missæ. Et hec vocat̄: Oratiões. Secũda pars est a *Te igit̄* vsqz ad *Pater noster*. Et vocat̄ Obsecrationes. Tertia pars est a *Pater nr̄* vsqz ad collectas: Et hec vocat̄ postulatiões. Quarta pars est a *Collectis* vsqz ad *Ite missa est*. Et vocat̄ Gratiarũ actiones.

De prima parte missæ notandũ est q pmo cantat̄ Introitus missæ. et significat vaticinia pphetarũ et desideria sanctorum patrum desiderantiũ dei filiuẽ incarnandũ. In cuius rei signũ prima dñica aduentus dñi cantat ecclesia illũ introitũ: *Ad te leuauĩ animã meã* r̄. Versus est. *Vias tuas do.* r̄. qui designat opera eorũ. Triplicat̄ aut̄ introitus fm quosdã in diebus festiuis in laudẽ trinitatis. et dicit̄ semel cũ Gloria patri: ad laudẽ

vnitatis. Dicit autem bis in diebus alijs propter laudem diuine et huma-
ne nature que in persona filij sunt vnite. Sed sciendum est quod in aliq-
bus ecclesijs ut dicit Inno. in sua expositioe in diebus festiuis
dicitur perfecte et imperfecte introitus. Primo perfecte quia ecclesia deum lau-
dat perfecta laude. Secundo dicitur imperfecte quia imperfecta est omnis
laus. Tercia dicitur perfecte quia perfecta est laus patrie.

Sequitur kyrieleyson: quod tripliciter propter bonitatem. Et primo
dicitur ter kyrieleyson propter laudem patris. Secundo dicitur ter Xpe-
leyson in laudem uel gloriam filij. Tertio dicitur ter kyrieleyson in
honorē spiritus sancti. Dicitur autem nouies propter nouem ordines an-
gelorum. Circa hoc notandum est quod laudant tres lingue deus. scilicet
Greca Hebraica et Latina. Greca enim est cum dicitur kyrieleyson.
quia kyrios est idem quod christus. eli. i. deus. et leison. i. miserere. et ymas
.i. nobis. Unde kyrieleyson tantum sonat quantum O deus christe
miserere nobis. Hebraea lingua est Alleluia: in hebreo tantum
sonat alleluia quantum laudem uel laudes dicite deo in latino:
uel laudate verum deum inuisibilem. Et hec interpretatio ponitur ab
Augustino in glo. Psalterij.

Item Amen interpretatur fiat. et hoc est cum dicitur: Per omnia
secula seculorum amen. i. fiat. Item interpretatur veritas sicut in
Apocalypsi. ubi dicitur dei filius: ibi dicit amen testis fidelis. i.
veritas. Item interpretatur vere ut in euangelio: Amen dico vo-
bis. In latina vero lingua dicuntur orationes: que ponuntur
post kyrieleyson.

Sequitur de Gloria in excelsis deo: quod est laus angelorum quod can-
tauerunt in natali domini. Et debet dici in medio altaris: quia an-
gelus qui natiuitatem domini pastoribus nunciauit stetit in medio
pastorum: ut patet Luce. ii. quando dicit. Ecce euangelizo vobis gau-
dium magnum quod erit omni populo.

Sacerdos dicens Gloria in excelsis. gerit personam ipsius an-
geli. Chorus respondens: gerit personam multitudinis: de quo
dicitur ibidem. facta est cum angelo multitudo celestis laudantium deum
et dicentium: Gloria in excelsis deo etc. per quod representatur mesticia

veterum patrum propter tedium expectationis incarnationis domini
Cantant enim gloria: quia habebant spem liberationis de expecta-
tione ut dicit Esay. xxviii. psalmo. cxi. In te sperauerunt patres
nostri: sperauerunt et liberaasti eos.

Item nota quod cantica latine idem sunt quod gloria in excelsis et alleluia
non cantantur a. lxv. usque ad pascha: quia illud tempus significat babilo-
nicam captiuitatem in qua iudei suspenderunt organa sua et di-
cerunt: quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena.

Post Gloria in excelsis vertit se sacerdos ad populum dicens Dominus
vobiscum. ut dicit Ruth. ij. capitulo vnde sumptus est: Ruth enim saluta-
uit messores. sic est sensus. Dominus vobiscum. id est quod tribuat petitioni-
bus nostris effectum. Episcopus vero dicit: Pax vobis: quia episcopus est vica-
rius christi qui hoc verbum discipulis suis dicit Iohannis. xx. capitulo
Pax vobis. et est sensus: in presenti detur vobis pax temporalis: et
in futuro pax eternalis. De his duobus dicit Iohannes. xiiii. Pacem re-
linquo vobis: pacem meam do vobis. Chorus respondit: Et cum
spiritu tuo. quod scriptum est ab apostolo ad Titum. Et est sensus.
Deus qui est in ore tuo sit in corde tuo. Postea dicit sacerdos
Oremus. in signum quod christus dixit discipulis suis. Orate ne intre-
tis in temptationem. Deinde proponit sacerdos orationes que termi-
nantur in filii nomine: quia non valet oratio que non fit in nomine me-
diatoris. Et notandum quod omnis oratio dirigatur ad patrem vel fili-
um: nulla autem ad spiritum sanctum. quia spiritus sanctus est
donum: et a dono non petitur donum: sed a largitate doni. Petitur
autem a patre et filio cum spiritus sanctus ab utroque procedat. Unde ad
patrem et filium dirigatur oratio ad alicuius datorem: et non ad
spiritum sanctum qui est donum.

Item notandum est quod si dirigatur oratio ad patrem in qua non
est mentio de filio tunc debet dici per dominum. ut in illa oratione
Protector in te sperantium deus. Si vero in oratione fit mentio de fi-
lio: tunc debet dici per eundem. ut in illa oratione. Deus qui de be-
ate Marie virginis utero. Si autem dirigatur ad filium: tunc de-
bet dici Qui vivis et regnas. ut in illa oratione. Deus qui regina

le aulā. Si vō ī fine oīōis fiat mētio de filio tūc debz dici Qui
 tecū rē. ut in vñ. sequētibz. Per dñm dicat cū p̄rez p̄sbiter orat.
 Cū xpm mēores: p̄ eūdē dicere debes. Si xpo loq̄ris: q̄ viuis di
 cere debes. ¶ Finita oīōne sequit̄ Ep̄la q̄ significat doctrinaz
 ap̄loz. Et elegāter p̄cedit oīō. qz legit̄ Luce. d. ca. Rogate dñz
 messis ut ip̄e mittat op̄arios ī messē suā. Legit̄. n. ep̄la de ap̄lo
 Petro 7 paulo 7 ē Jacobi: ut p̄z q̄nqz ī canōicis. q̄nqz d̄ actibz
 ap̄loz. q̄nqz de apocalipsi. q̄nqz de pabolis Salomōis. 7 q̄nqz de
 p̄phetis. q̄nqz de .v. libris moysi: qz de ipsis p̄mittēbāt t̄palia.
 in cui⁹ signū termīant̄ in grauē accētū. In nouo vō testam̄to
 p̄mittūt sp̄ualia. ī cui⁹ signū euāgelia termīant̄ in acutū accē
 tū. ¶ Post Ep̄laz sequit̄ R̄nsoriū qd̄ p̄tinet ad opa actia. et bñ
 p̄gruit hō nomē R̄nsoriū op̄atōi: qz debēt r̄ndere p̄dicatōi. hoc
 ē fm̄ q̄ nobis p̄dicat̄ fm̄ hoc ē debem⁹ op̄ari. iurta illd̄. Bñ q̄
 audiūt v̄bū dei rē. Vocat̄. n. a q̄busdā Graduale: eo q̄ signifi
 cat gradū v̄tutis. vñ. i. Petri. Adm̄strāte in v̄tute sciaz. i. scia
 pietatē. in pietate amorē fr̄nitatis. ¶ Post R̄nsoriū seq̄t̄ Allā:
 qd̄ significat gaudiū ineffabile significās q̄ ecclā fidei hz laudē.
 ¶ Post Allā sequit̄ vsus: q̄ significat op̄atiōz q̄ debz p̄iūgi lau
 di: qz deū nō bñ laudat q̄ bñ op̄ari cessat. Allā repetit̄ p̄uēiēter.
 et significat laudē p̄ie. ¶ Sequit̄ Sequētia. vñ ī antiqs seq̄n
 tijs sūt v̄ba icognita: qz ignot⁹ ē nobis mod⁹ laudādi deū in
 patria. ¶ Nōndū ē q̄ in dieb⁹ ieiunioz vti ī .xl. cātā tract⁹ p̄
 allā. ī quo notat̄ lōga expectatio scōz patz: ul̄ iudeoz captitas
 dura. ¶ Sequit̄ Euāgelii qd̄ significat v̄bū dei. 7 legit̄ hō dia
 con⁹: 7 sumit libz de altari: ī quo significat q̄ euāgelii ē v̄bū
 dei. p̄ altare significat̄ fm̄ id̄ Ero. xx. Altare de t̄ra facies mibi
 īclinat ip̄m sup̄ sinistrū humer⁹. ī quo significat q̄ p̄dicatio xpi
 de gētib⁹ trāsiuit ad iudeā: iurta illd̄ Esa. x. In dieb⁹ illis sal
 uabit̄ iuda. In q̄busdā locis crux p̄cedit Euāgelii: in signū q̄
 p̄dicatio debz seq̄ crucifixū. vñ dñs dixit Petro. Seq̄re me. p̄e
 cedūt at̄ duo cerei: qz p̄dicatores sp̄ debēt h̄ie noticiā v̄triusqz
 testamēti. p̄cedit at̄ q̄nqz vn⁹: p̄ quē significat q̄ Iohēs ante

ipm missus fuit. Thuriblm cū thure significat orionē cū deuotiōe quā tūc maxie oz hie fideles ī audiēdo vbu dei ul' diuinū fmonē. Debet at in alto legi qz doctria euāgelij debz oēs alias doctrias pcedere. Vñ aplo ad Ephe. vii. Lex neminē durit ad pfectū ad euāgelium opat salutē oī credēti. ¶ Notādū est q sub diacon? ferēs puluinar añ diaconū ipso fco repntat q dign? ē opari? mercede sua. Mat. x. 7. Apłs ad Cori. xi. c. si spūalia semī nam? uobis nō ē magnū si carnalia vīa metam?. Qz at subdiacon? libz 7 puluinar reportat: significat q pdicator dz in ope bono vitā suā deo offerre. vñ ad Cori. Qē qdcunqz facitis vbo aut ope ī noīe dñi nrī iesu xpī facite. Diacon? volēs legere euāgelium pmo salutāt pplm dicēs Dñs vobiscū: ī quo significat se orare q de? sit cū eis q reddat nos attētos ī audiēdo vbu dei. Et chor? rñdit: ac si diceret: tecū crucifixū credo. Vñ Apłs ad Cori. ii. Ad iudicauī me iter vos scire nisi xpī iesū 7 hūc crucifixū. vñ apłs ad Gal. vii. Mibi at absit glīari nisi in cruce dñi nrī iesu xpī. Debz. n. legi ad aqlonē. p hoc significat q armari debem? doctria euāgelij p̄ diabolū q per aqlonē significat. vñ cāticoy. iij. Surge aqlo. i. diabole 7 vēi auster. i. sps scē. Audiētes at euāgelium debēt stare q̄si pati ad plū p fide xpī sustīnda. vñ Luc. xxi. Qui nō hz gladiū vēdat tūcā 7 emat gladiū. Itē debēt deponere baclos: qz dr Mat. v. Si pcusserit te ī faciē pbe ei 7 marillā. debēt et ab amatorib? mūdi rcedere. Lecto euāgelio debz se qlibz signare ne diabol? semē. i. vbu dei a cordib? eorū surripiat. Vñ in euāgelio Lu. legit. Volucres celi pmederūt illd. Post hoc deī liber apt? ad osculādū sacerdoti: qz dr Luce viii. Vobis datū ē nosse misterium regni dei. Dat 7 patena fm quosdā clausa illis q sūt in choro: qz ibi seq̄: ceteris ī pabolis De sacerdote Malac. ij. dr. Labia sacerdotis custodiūt scīaz et legē exqrēt de ore ei?. Tūc icipit sacerdos: Credo in vnū deū. in quo significat q ea credere debem? q audiūm? in euāgelij pdicatōe. vñ Apłs ad Ro. x. fides ex auditu: audit? p vbu xpī. Postea xtit se sacerdos ad pplm monēs eū ad accedēdū ī euāgelij pdicatōe 7 dicit. Orem?. ī signū q xps dixit discipulis suis

Luc. xij. Post h^o incipit chor^o Offertoriū. i quo significat se
 offerre dei oīoz. Sacerdos postea volēs accipe calicē ⁊ hostiaz
 q̄ debz eē triticea. ⁊ hoc ē fm q̄ de^o cōpauit se grano frumenti.
Ite accipit vinū. i signū q̄ xp̄s fuit actiti^o botri racem^o i tor
 culari crucis p̄ssus. vñ Diere. liiiij. Vestimta tua sūt calcātū i
 torculari. Deīde accipit aquā q̄ in tāta q̄titate dz apponi ut i
 vino valeat absorberi. i signū q̄ ecclia se debz incorporare xp̄o. et
 nō xp̄s ecclie. vñ dicit Aug. Nō mutabis me i te sic cibū carnis
 tue: s; tu mutaberis in me. In pane corp^o xp̄i designat. in vino
 sāguis denotat. in aq̄ ppl̄s rep̄ntat. vñ Apoca. xvii. Si aq̄ ml̄te
 ⁊ ppl̄i ml̄ti. **Ite** q̄ sacerdos post Offer. lauat man^o suas signi
 ficat mūditiā mētis ⁊ corpis quā dz h̄e mīstrator tāti sacri. vñ
 Diere. Lauamī mūdī es. ⁊c. Postea dat̄ th^o: i signū q̄ hō debet
 h̄e deuotōz i orādo. Die. xlviii. Maledict^o q̄ facit op^o dei negli
 gēter. Et ē sciēdū q̄ hec ps de q̄ dcm̄ ē solebat i p̄mitia ecclia ap
 pellari cathecumioz. vñ subdiacon^o lecto euāgelio solebat cla
 mare. Exite cathecumī: qz sacerdos secretū icipit. Et rō hui^o
 qz illi erāt sine sacro baptismi. **Ite** post hec dicit sacerdos iclātato
 capite añ altare. In spū hūilitatis. qd̄ sumit̄ de. iiii. Daniel. po
 stea eleuato capite aliq̄tulū osculat̄ altare: i signū q̄ p passioz
 xp̄i recōciliati sum^o deo p̄ri. vñ apl̄s ad Cor̄. ij. faciēs pacē ut
 recōciliet ābos in corpe deo p̄ri. Postea puertit se ad ppl̄z dices
 secrete. Orate p me frēs ⁊ ego p vobis. i quo significat q̄ xp̄s
 dixit discip̄lis suis Luc. xxii. Orate ne itretis i tētatoz. ⁊ ibidē
 ego p te rogavi Petre. i quo significat eccliam de iudeis ortā
 esse. Post hec sacerdos dicit secrete oīoes iuxta numez ⁊ ordinē
 oīonū ante epl̄az p̄missaz. ⁊ dicit eas secrete: qz xp̄s orauit secrete
 cū dixit Mat. xxii. P̄r mi si possibile est trāffer calicē hūc a me.
 Finitis secretis dicit alte. Per oīa seclā scloz. i quo significat q̄
 post suscitatoz lazari apte p̄dicauit. Post hec salutat ppl̄m di
 ces Dñs vobiscū. ⁊ mōet mētes h̄e ad diuīa. cū dicit: Sursū cor
 da. **Ite** post h^o dicit p̄fationē q̄ sic appellat̄: qz p̄cedit p̄ncipale sa
 crificiū. Sūt at. x. p̄fatiōes canōice. p̄ria ē de scā trinitate. scda
 de natitate. tertia de apparitōe. q̄rta de. xl. gnta de scā cruce.

sexta de resurrectione. septima de ascensione. octava de spiritu sancti missionem. nona de beata virgine. decima de apostolis. In fine autem prefationis orat sacerdos ut laus sua societur angelorum laudibus. Post hoc choros cantet ter. Sanctus Sanctus Sanctus. ostendens se transformare angelis. Et sumitur Epla. ca. xij. usque ad illum locum Osanna in excelsis. quod dicitur Mat. xx. iij. De autem ter sanctus propter personarum trinitatem. et seorsum deorsum propter essentiam unitatem. et Osanna. id est obsecro salua.

Uiso de hac parte prima que dicta est super orationes: dicendum est de secunda que secundum apostolum dicitur obsecrationes. Hec pars quoniam dicitur secretum. et hoc dicitur: quoniam dicitur in decreto: Aliquoniam canon dicitur: quia ibi sunt verba mystica a sanctis patribus instituta. Aliquoniam dicitur sacrificium pro sui parte digniori. Post hec sacerdos incipiens Te igitur se debet inclinare ante altare. significans quod Petrus inclinavit se dum prospexit in monumento. et inclinatus debet incipere Te igitur. et sic procedentis parti continuatur tu es sanctus dominus: igitur clementissime pro rogamus te pro iesu christo domino nostro ut benedicas hec dona: hec munera: hec sancta sacrificia illibata. Dona dicuntur: quia donantur a superiori. Ita. j. De donum optimum a parte luminis descendit. Munera dicuntur: quia offeruntur ab inferiori quia nobis mittuntur. Sacrificia dicuntur: quia pro peccatis offeruntur. Fuit autem tres crucis super hec verba illibata. Et multis de causis. Prima est in reverentiam trinitatis cuius potentia fit conversio panis et vini. Secunda est in figuram triplicis unionis in incarnatione salvatoris. Tertia est in memoriam trine crucifixionis. Prima fuit in voluntate persecutorum. de qua Mat. xxvi. Collegerunt pontifices et pharisei com. Secunda fuit in voluntate clamantium. de qua Mat. xxv. Et illi clamabant crucifige eum. Tertia fuit in crucifixione manuum et pedum. de qua Luc. xxii. Et crucifixerunt eum. Sacrificia illibata. id est incorrupta. non quia substantia panis et vini non potest corrumpi in qua substantia panis et vini transmutatur et transsubstantiatur virtute verborum. scilicet in carne et substantiam christi. unde psalmus. Non dabis sanctum tuum videre corruptorum. Terminatur autem hec pars canonis in primis. In hac secunda parte secundum apostolum ad Thimotheum oratur pro his qui in sublimi sunt positi. Oratur. n. pro principe spirituali et terreno: spiritualis huius gladius verbi dei: ad repellendum hereticos. terrenus huius gladius ferri ad feriendum partem

maces. De his duobus dicit Luce. xlii. Ecce duo gladij hic.

Sequitur tertia pars scilicet Memento famuli tui. In qua oratur pro universo. In qua oratione debet ordo attendi per ordinez caritatis. Quandoq; primo orat sacerdos pro patre et matre. secundo pro parentibus. tertio pro his qui se comendant ei? patrocinijs. quarto pro astantibus. quinto pro christiano populo. nam nimis non debet orare ne generet in plebe scandalum. qz dicitur Matb. xxiii. Ne aut homini illi etc. Nam debet certissime procurare q non debet officium proferre sine sale. i. sine discretionem et decore.

Sequitur quarta pars. s. Commemorantes etc. in qua fiat mentio sanctorum apostolorum et martyrum: et non solum istorum: qz cum hoc sit sacramentum amoris in huius sacramenti misterio debet fieri memoria de illis in quibus apparuit signum veri amoris. In apostolis apparuit per abiectioez temporalium: In martyribus per corporum tormentorum expositionem. De primis Mathei. xix. Ecce relinquimus. Ideo de secundis dicit Job. iii. Et si coram hominibus tormenta passi sunt. Terminant autem he particule: per dominum nostrum. Sicut enim omnia per filium facta sunt: ita per ipsum habent determinari et reparari. Non debet dici Amen: usq; ad perfectionem sicut quosdam: qz angelorum chori facto misterio assistentes respondent.

Sequitur quinta pars. s. Hac igitur oblatione. In qua dicitur benedictio rationalis. Benedictio dicitur: qz a deo spiritualiter benedicitur: et qz hic agit de christo qui est benedictus fructus virginis Marie: Itaque per istam veram hostiam celestem benedictionem assequimur. Rationabilem dicitur et acceptabilem: qz in illa acceptamur deo. fiunt autem quinque cruce: prima super benedictam. secunda super ascriptam. tertia super ratam. quarta super corpus. quinta super sanguinem. Tres prime significant tres dies quibus deus predicavit post dominicam in ramis palmarum. Vel triduum in quo christus in sepulchro requieuit. Vel tria loca corporis in quibus passus fuit. s. manus pedes et latus. Due vero sequentes significant qd christus habuit quinque vulnera. Tres prime sunt cotes panis et calici. quarta appropriat panis. et quinta calici.

Sequitur sexta pars que incipit: Qui pridie etc. in qua sunt multa notabilia et diligenter attende. **P**rimum est: Qui pridie ante quam pateret communio sacramenti corporis et sanguinis domini in die cene post comestionem agni paschalis instituta fuit: in signum quod sacramenta legalia vmbre erant: et adueniente veritate cessare dicuntur vmbre. Item hoc sacramentum viaticum fuit: et ideo illud dedit christus cum ad passionem ire voluit ut mentes apostolorum firmiter firmarentur: et ut vltima audita firmiter memorie commendarerent.

Secundum notabile est quod dicit: Accipit panem et tradidit eis sacramentum corporis sui sub specie panis et non specie agni: ne manducarent ac si de morte legali agnum offeramus.

Tertium notabile est quod dicit: Eleuatis oculis in celum. per hoc enim quod christus eleuauit oculos: nobis insinuauit se habere a patre quicquid habet. Et secundum hoc in principio operum nostrorum debemus dirigere mentis oculos ad deum tanquam ad datorem omnium bonorum.

Quartum notabile est quod dicit Deo patri gratias agens qui ipsum in carne misit: et per ipsum mundum redemit: et per ipsum mortem nostram destruxit.

Quintum notabile est quod benedixit benedictione celesti et virtute verbi: quia conuertit panem in corpus christi: et vinum in sanguinem virtute verborum.

Sextum notabile est quod benedixit et fregit: quod sic fit consecratio virtute istorum verborum. Hoc est enim corpus meum. Prius panis est fractio quam consecratio. ergo dicitur prius fregit quam consecrauit. sed etiam prius consecrat quam frangat. ergo aliter facit quam christus: ergo in hoc delinquit quod ab ipso. Alii dicunt aliter quod benedixit prius et postea fregit. Tertio hec verba dicit: Hoc est corpus meum. Et tunc illud fregit: et ita prius fuit fractio quam consecratio: et sic obuiant ista sibi: ergo ecclesia delinquit. Sed est dicendum quod ecclesia non delinquit: quod christus post benedictionem et consecrationem fregit: licet ordo aliter verborum sonat.

Septimum notabile est quod dicit Accipite et manducate. in quo significatur duplex manducatio. scilicet sacramentalis et spiritualis.

In sacramentali percipim⁹ corpus xp̄i. In spūali incorporamur
místico corpe xp̄i qđ est ecclesia. Sacramentalis p̄mestio bono/
rū ⁊ maloꝝ esse potest. Sed spiritualis tm̄ est bonoꝝ: p̄ma non
perficit. Et de illa dicit Ap̄lus. i. ad Corinth. xi. Qui māducat
corpus xp̄i ⁊ bibit sanguinē eius indigne iudicium sibi mādu
cat ꝛc. Ille autem indigne recipit qui sacramentaliter ⁊ spiri
tualiter non recipit. Sacramentalis manducatio est signata p
hoc qđ dicit Accipite.

Item pōt queri quid demonstret per hoc pronome hoc: an
corpus: an panis: nō panis: qz sic facile diceret: Hoc est corp⁹
meū. nō corpus: qz adhuc nō sunt dicta verba virtute quozun
dā fit trassubstantiatio. Solutio. Quidā dicūt de quibus fu
it vnus magister p̄e. māducatōꝝ siue cōmestōꝝ qñ dictū est to
rum substantiatū est: ut si dico: Hoc est corpus meū. ⁊ pōt poni
tale exemplū. Qui dicit per se litus: litus solū intendit. s; qui
dicit litus arā intendit aliū ⁊ aliū sensum. s. operam. Et simili
qui dicit hoc est: trassubstantiatio nō fit. Sed qui dicit totū
in simul. s. hoc est corp⁹ meū tūc fuit trassubstātiatio. Dico tñ
qđ aliud est nomē esse uel verbū: ⁊ aliud est dictionē esse. Sicut
dicit Aristo. in li. topicoꝝ qđ aliud est significare: aliud dicere.
hoc nomen homo significat hoīem. dicere aut nō est significa
re. vnde dicitio est inq̄tū dicit aliud de alio uel cū alio. vnde
dico qđ per totā significationē ⁊ cōstructionē significare habz
aliqd cū alio: s; qđ dicit Priscianus qđ oratio est dictionū ordi
natio. vñ cū aliqd p̄nūciat per se nō pprie est oꝛō sed cū poni
tur in oꝛōne. vñ nō oportet q̄rere de hoc p̄noīe hoc. sed de ipso
s; qđ dictū est dicitio: vnde nō debet hīe demōstrationez hui⁹
p̄noīs hoc sit ibi panis cū nō demōstret illō qđ tota oꝛō facit
s; verū corpus xp̄i: qz ibi est qñ tota oratio dicta est. Sic qñ to
tū dictū est uel factū ibi corpus xp̄i verū est: ⁊ ibi sub specie pa
nis ⁊ vini totus xp̄s est per cōuersionē ⁊ cōnexionem: ⁊ anima
per p̄iunctioꝝ: diuinitas per vnionē: sed in persona filij. p̄sona

enī patris ibi nō est: neq; persona spūs sancti ex vi verboꝝ sa-
cramēti: s; ibi sint per cōcomitātiā siue idētitatē essentie: q; nō
sunt vnite ille persone hūane nature cuius vnionis ratiōe di-
cīt ibi esse diuinitas. Sola enī persona filij vniuit humanam
naturā vnde psona filij ibi est. diuinitas enī ibi est integra et
pfecta: et sunt ibi tres persone: per essentiā: potentiā: et pntiam.
sicut in oī creatura: tñ non sunt sub sacramēto. s. ratione sacra-
menti: sed sola persona filij ratione p̄dicta.

¶ Sequit̄. Sili mō rē. In q̄ clausula multa sunt notabilia eo-
dē modo sicut in p̄ncipio. Dicit̄ enī in hac clausula. Hic ē calix
sanguis mei. vtute quoꝝ verboꝝ fit p̄uersio vini in sanguineꝝ
xp̄i in calice sub sp̄e vini. s; sanguis per cōuersionē: corpꝝ p̄ cō-
nexiōē uel cōuentionē: aīa per cōiunctionē: deitas per vnio-
nem. **¶** Item querit̄ hic si sit semiplenū sacramentum sub vna
specie: quia sub specie panis est. sacramentū corporis debet ap-
poni tantū. Sed si aliquis dimitteret vinū scienter: uel ad in-
ducendum heresim non esset sacramentum. Sed si aliquis di-
mitteret vinum non scienter ad inducendum heresim. sed per
obliuionē uel negligentiam debet recuperari ab illo loco. Sili
modo. et prius apponere vinū. Dicunt tamen aliqui q; ne gene-
retur scandalū vinum nō debet apponi. Sed quod dicunt p̄ri-
mi verius est: q; non debet dimitti veritas propter scandalū.
q; si hec veritas p̄termittet̄ scilicet q; nō apponerē vinū.
non posset dici vere hoc sacramentum cōmirtio corporis et san-
guinis. Sed si nō apponat̄ aqua non minus est sacramentum.
Sed illi qui dimittunt illam per obliuionē peccant venialiter
Et illi qui dimittunt per negligentiam peccant mortaliter: et
grauiter sunt puniendi.

¶ Sequit̄ Noui et eterni testamenti. q; ex effusione sanguinis
dñi nostri Jesu xp̄i testamentū accepimus eterne hereditatis.
De hoc testamento habet̄ in Luca. xxi. Ego dispono vobis si-
cut disposuit mihi pater meus regnum ut edatis et bibatis rē.

¶ Sequit̄ Misteriū fidei. q; sine fide ecclesie. nō fit sacramētū

neq; sine fide potest quis bene intelligere hoc sacramentū.

¶ Sequitur Quotiescūq; hoc feceritis in mei memoriam facietis. i. in memoriā mee passionis et mortis. Unde Apłus ad Corinthi. xi. ca. Quotiescūq; corpus xp̄i manducaueritis et sanguinem eius biberitis mortem domini annūciabitis etc.

¶ Nota q̄ illa crux que fit super panem cum dicitur benedixit et fregit: significat q̄ xp̄us passus est scđm corpus et animā: ut totum hominē redimeret.

¶ Sequitur septima pars Unde et memores. In principio huius est signum beate passionis. Et debz tunc sacerdos manus extendere ad modum crucis. Et sequitur ibi inferius Resurrectionis. Et tunc debet illas parum erigere: in signū q̄ xp̄us inuictus leo resurrexit a mortuis.

¶ Sequitur Sedet in celis gloriose ascensionis. Et tunc debet illas erigere in signum q̄ deus et homo ascēdit ad celos.

¶ Sequitur Hostiam sanctam: hostiam imaculatā panem scđm vite eterne. et calicem salutis perpetue. Dicitur autem xp̄us hostia: quia conceptus est de spiritu sancto. Dicitur autem panis vite eterne: quia est refectio angelorum. Dicitur calix salutis perpetue: quia est effectio uel refectio hominū. Potest autē aliter exponi: ut dicatur hostia pura q̄ xp̄us oblatus est ut nos redimeret de feclitate originalis peccati. Hostia sancta dicitur: quia vulneratus est ut effluerent sacramenta quibus significat ecclesia. Hostia imaculata dicitur: quia mortuus est ut nos liberaret a morte eterna: quia hoc est nostrum vitium. Calix salutis perpetue: quia est refectio inebrians in prima. Fiunt autem quinque cruces super hostiam. Tres prime dicuntur super utrāq; speciem fieri. Quarta super speciem panis. Quinta super speciem vini. Fiunt autem quinque cruces in summa: quia quinque fuerunt effusiones sanguinis xp̄i. Prima in circūcisione. Luce ij. Secunda in sudore. Luce. xxii. Tertia in flagellatione. Quarta in crucifigione: Quinta in lateris apertione.

¶ Sequitur octava pars. scz propiciatio. Et sunt in ista parte

due clausule. In prima sunt duo notabilia: qz ibi noiant tres partes veteris testamēti. s. Abel. Abraham. et Melchisedech. in quibus sacramenta altaris figurant. In secunda clausula dicitur. Per manus sancti angeli tui in sublime altare tuū in cōspectu diuine tue maiestatis. Et exponit sic. Omnipotens sempiternus deus. iube hoc idest panē trāsmuta. in sublime altare tuū. i. in sanguinem et corpus filij tui: qz corpus dictum est altare s̄m illud Exodi. xx. cap. Altare de terra facietis mibi per manus angeli tui. idest per operationem filij tui: qui angelus dictus est Esaye. x. ca. Et vocabit̄ magni consilij angelus. Secunda expositio est talis. Iube hoc idest corpus xp̄i et mysticū. per hoc idest ecclesiam militantem uel triumphantem que dicitur ecclesia sc̄dm id Leuiti. Ignis in altari meo semper ardebit. i. feruor caritatis in ecclesia triumphanti: et hoc per manus angeli. i. per operationem et virtutē filij tui. Tertia expositio est talis. O tu deus hec notabilia et has orationes iube perferri. i. presentare in sublime altare tuum. i. in presentia curie celestis et in conspectu diuine maiestatis: et hoc per manus angeli tui vota nostra offerunt deo. Unde Thobie. xii. ca. Dixit Raphael ad Thobiam: Cum orares obtuli orationē tuā deo. In fine autē clausule dicit̄ Corpus et sanguis xp̄i. Et fit vna crux super corpus: et alia sup sanguinē. Prima significat martyrium xp̄i. Sc̄da martyriū sanctorū.

Sequit̄ nona pars. s. Memento r̄c. In qua oratur pro defunctis. et in eodem ordine orandū est in hoc memento ut in alijs. Sed in vna orat̄ pro defunctis: in alia pro viuis. Et notandū est qz locus refrigerij lucis et pacis est locus paradisi. Dicit̄ locus refrigerij propter ardorem ignis inferni et purgatorij. Unde de his dicitur in psal. Deduxisti me per ignem et aquā: et induxisti me in refrigeriū. Dicit̄ locus ppter tenebras inferni. de quibz Mat. xxii. ca. Mittite eos in tenebras exteriores. Dicit̄ locus pacis ppter trāquillitatē mētis que ibi cōtra vermē cōscie eorū qui soluti nō erāt. Un̄ dicit̄ Esa. vlti. Vermis edrū

nō moriet: et ignis eorū nō extinguet.

Sequit̄ decia pars. Nobis quoq; p̄toribus. Nec v̄ba cū dicit sacerdos tūdat suū pectus fm̄ quosdā semel: qz xp̄s pro peccatis nr̄is semel est mortu⁹: ut ptz ad Ro. viii. Scdm̄ alios ter: in signū q̄ pōt peccare corde ore et ope. Cū dicit hec verba debz leuare vocē in altū: in quo notat̄ cōfessio latronis. de quo Luce. xxi. Memēto mei dñe dū veneris in regnū tuū. In hac clausula petit sacerdos societate sanctoꝝ: qz enumerat nom̄ia sanctorū: qz sacerdos legalis noīa filioꝝ israhel habebat scripta: sicut habet̄ Exodi. xx. caplo.

Sequit̄ vndecia pars. s. Per quē hec oīa. In qua multa sunt notabilia. Primū est qd̄ dicit Ap̄ls per quē oīa. In quo notat̄ q̄ oīa per filiū sunt creata. Unde Joh. i. c. Oīa per ipsum facta sunt. Scdm̄ est q̄ dicit Sāctificas. in quo notat̄ q̄ quicūq; sanctificat̄ per grām xp̄i sanctificat̄. Tertiuū est q̄ dicit viuificas. in quo notat̄ q̄ quicūq; viuificat̄ p̄ filiū viuificat̄. Quartū est q̄ dicit b̄ndicis. per qd̄ significat̄ nobis q̄ b̄tudo celestis datur nobis per b̄ndictionē. Fiūt aut̄ tres cruces q̄ significant fidē Cēturionis qui in morte xp̄i xp̄m verū deū et hōiem p̄fessus est: cū dixit Mat. xxiii. Vere filius dei erat iste.

Sequit̄ Et p̄stas nobis. et tūc discooperit̄ calix: in hoc significat̄ q̄ aperta sunt nobis q̄ prius erāt clausa in lege.

Sequit̄ Per ip̄m et cū ip̄so. Fiūt aut̄ q̄tuor cruces: p̄mū super ip̄m. scdm̄ sup cū ip̄so. tertiuū sup in ip̄o. q̄rtū sup in v̄nitate.

Sequit̄. xiiii. pars que incipit Oremus. et habet in se quatuor clausulas. Prima est Orem⁹. Secda est p̄r noster. Tertia Sz libera nos. Quarta par dñi. Quinta hec sacroscā mixtio. In p̄ma hortat̄ nos sacerdos ad orandū. in scda manifestat nobis xp̄s quis sit orandus: et quid orandū: quis orandus: p̄r noster qui es. fm̄ q̄ dicit Ia. Om̄e datū optimū ut dictum est. Quid orandū. petitiones septeꝝ que sunt ibi: Et dicunt̄ scdm̄ Ap̄lm̄ postulatōes. Tertia clausula est. Sed libera nos. Et dicit̄ in silentio in signū q̄ xp̄us siluit a predicatione.

Notandum q̄ duo sunt in patena: et faciunt illa diaconus et subdiaconus. que sunt notabilia: quia diaconus tradit eam subdiacono: et significat q̄ xp̄us contulit discipulis suis potestatem predicandi regnum dei. Quod autem in quibusdam ecclesijs tenet discooperta: significat q̄ sacerdos per orationem orat in fide ecclesie. Quod autem manus sacerdotis et diaconi sustentant dum dicit pater noster: significat q̄ Hur et Aaron sustentabant manus Moysi orantis deum pro Israel quando pugnabat contra Amalech. ut patet Exodi. xvi. cap. Quod autem iuvat diaconus sacerdotem deponere calicem in altari: significat q̄ Joseph et Rhodemus deposuerunt corpus xp̄i et posuerunt illud in monumentum: ut patet Jobā. xx. cap. Quod autem diaconus osculatur dexterum humerum sacerdotis: significat q̄ vult esse particeps laborum ut sit socius eterne retributionis.

Cum autem dicit sacerdos: Sed libera nos a malo. tradit subdiaconus patenam diacono et diaconus sacerdoti: et osculatur eum in dextero humero. per quod significat q̄ ipse vult esse socius in passione et in regno: scdm̄ q̄ dicit Ap̄lus. Si cōpati mur et conregnabimus.

Quod autem sacerdos signat se patena et postea deosculatur eam: significat q̄ in passione filij recōciliamur deo patri et heredes erimus regni celestis.

In fine autem clausule istius dicit sacerdos Per dominum et facit tres partes de hostia: unam ponit in calicem et duas ante. facit autem tres partes. primam in memoriam trinitatis. secundam in memoriam triplicis status xp̄i. Prima est mortalis cum hominibus manens. Secunda cum mortuis in sepulchro iacens. Tertia immortalis in celis existens. Secundo frangitur hostia in tres partes: in memoriam q̄ xp̄us passus fuit triplici parte corporis sui: scilicet in manibus. in pedibus. et in latere. Tertio frangitur hostia in tres partes: in signum q̄ tres sunt partes corporis xp̄i mystici. Una est in celo que dicitur triumphans. Secunda est in terris que dicitur ecclesia militans.

Tertia est in purgatorio: que dicitur purgās. Que partes habentur per versus sequentes.

Tres sunt ecclesie partes: pars prima laborat.

In terra secunda viuit: sed altera quiescit.

Partem que restat clementior excoquit ignis.

Ex quo tunc patet transitus ad requiem.

Uiso qualiter tres partes fiunt de hostia. Nunc videndum est quid vnaqueque pars significet. Dicendum secundum Inno. quod prima pars super patenam posita: significat hos qui sunt in celis. Secunda existentes in purgatorio. Tertia que mittitur in calicem fideles adhuc viuentes.

Sequitur quarta clausula Pax domini. quam cum dicit sacerdos facit tres cruces cum parte hostie: que postea debet poni in calice. Tres cruces significant quod Christus fuit in tertium diem in sepulchro.

Quod sacerdos dicit Pax domini: significat quod Christus resurgens a mortuis dixit discipulis suis Pax vobis. Iohā. xx. Dicit ergo: Pax domini. id est Pax temporalis sit semper vobiscum in presenti: et eternalis in futuro. Chorus respondit. Et cum spiritu tuo. optas sacerdoti etiam pacem sicut sibi ipsi.

Post hoc incipit sacerdos Agnus dei. in quo notatur quod Christus ad tria venit. Primo ut liberaret nos a miseria culpe. Secundo ut liberaret nos a miseria pene. Tertio ut nobis daret de plenitudine gratie. Quantum ad duo prima dicit miserere nobis. quantum ad tertium dicit dona nobis pacem. Dicit Agnus dei primo ideo: quia agnouit patrem obediendo ei. Unde Apollonius ad Philip. ij. Christus factus est pro nobis et dicitur enim agnus ab agnoscendo. Dicitur secundo Agnus dei: quia agnouit matrem curam de ea habendo. Iohānis. xix. cap. Ecce mater tua. Tertio Agnus dei dicitur: quia pietate sua factus est pro nobis hostia. id est agnus. Agnus enim alio modo dicitur ab agnos grece quod est martyrion latine.

Sequitur quinta clausula. I. Dec sacrosancta comixtio. quam

cum dicit sacerdos: ponit partem hostie in calicē. Et facit hęc
cōmixtionē ad designandū q̄ corpus xp̄i nō fuit sine sanguine
aut sanguis sine corpore. Secōdo illam facit ad signandū q̄ verū
sacramentū conficit̄ ex specie panis ⁊ vini: per q̄d xp̄us innuit
nobis q̄ vltra iam nō morit̄ facta cōmixtionē. Et finita orati
one assumit sacerdos pacē a corpore xp̄i uel altare: ⁊ dat dyaco
no: ⁊ fit in signū q̄ pax spūalis data est a xp̄o humano generi.
Tunc diaconus dat pacem alijs: alij dant inter se: in signum
q̄ oēs debent habere pacem ⁊ maxime filij ecclesie. Per hęc ra
tionē potest queri quare pax nō datur in missa pro defunctis.
defuncti aut̄ non indigent temporalī societate ⁊ per cōsequēs
nec temporalī pace.

C Sequit̄ perceptio corporis ⁊ sanguinis dñi nostri Jesu xp̄i
⁊ ante corporis ⁊ sanguinis perceptionē debz dicere sacerdos
orationes a sanctis patribus institutas. Prima dirigit̄ ad pa
trem que incipit: Dñe iesu xp̄e. Alia ad sanctū spūm que inci
pit: Assit nobis q̄s dñe. vel Veni sancte spūs: fm quosdā. Po
stea debet sacerdos meditare incarnationē: passionē: ⁊ virtutē
huius sacramenti. ⁊ sic cū maiori deuotiōe ⁊ oratione debz per
cipere corpus xp̄i. Et percepto corpore xp̄i dicat sacerdos hanc
orationē: Corpus ⁊ sanguis dñi nostri ⁊c. Post perceptiōz cor
poris ⁊ sanguinis sumat sacerdos semel de vino uel bis prout
consueuit. Sed si casu aliquo debeat post perceptionē corporis
⁊ sanguinis celebrare nihil sumat de vino in p̄ma missa: quia
corpus xp̄i requirit̄ ieiuniū: ⁊ sic sumptio illa sacramenti non
aufert ieiuniū. secus de ablutione vini. Hoc iterūz licet sic age
re si celebrare velis: ut in die natiuitatis xp̄i ⁊c.

C Post hoc dicit̄ Cōmunio: que sic appellat̄ ut cōicemus. Vel
dicit̄ Cōmunio: qz in primitiua ecclesia populus cōicabat qua
libet die. Sed ppter peccatū circūstans nobis statutūz fuit ut
cōicaret̄ ter in anno. s. in paschate: penthecoste: ⁊ natiuitate.
Sed modo precipit̄ omnibus ad minus in paschate: ut p̄z per
c. Ois vtriusq̄ sexus. de pe. ⁊ remis.

His finitis videndū est de quarta parte misse que dicta ē
 Gratiaꝝ actiōes. In ista redit sacerdos ad altare ad de
 xterum chorum ipsius: in signum q̄ iudei in fine mundi uer
 tentur. Postea dicit sacerdos collectas iuxta numerū secretar
 rum. Collecta autē quam dicit in fine misse: significat q̄ subse
 quens oratio est nobis necessaria sicut antecedens. Et illa vl
 tima oratio significat q̄ aduocatū habemus apud patrē.

Item notandū est q̄ sacerdos vertit se quinquies ad pplm:
 q̄ xp̄s in die resurrectionis quinquies apparuit discipulis su
 is. His dictis sacerdos uel diaconus dicit: Benedicamus do
 mino. inuitans ad gratiaꝝ actiones. Et post hec omnia debe
 mus humiliari deo. In diebus festiuis dicit Ite missa est. Et
 est sensus. Ite ad propria: missa. i. xp̄us missus est. Et est sum
 ptum a vetere lege ubi populus Israel licenciatus est a rege et
 cito redibat ad propria. Item in missa pro defunctis dicitur:
 Requiescant in pace. In qua optat̄ eis quies eterna.

¶ Finis.

